



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

§. 10. Quid alii Religiosi de Exercitiis senserint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

consolationem & profectum magnopere utilia & salubria esse, non solum famâ ex plurimis locis allatâ, sed etiam experimento manifesto cum Barcinone, tum Valentiæ, tum Gandiæ compertum habuerit.

IV. Sed & B. Aloysius Gonzaga suam de his Exercitiis estimationem aperte manifestavit, quando Josepho Spinelli Societatis nostræ Religioso per gravem infirmitatem ad extrema propemodum perducto apparetus suasit, ut, si antiquam sanitatem recuperare vellet, votum faceret, Exercitia hæc Spiritualia obeundi, uti in Annal. 1632. Coll. Parvum refertur.

V. P. Petrus Faber primus S. Ignatij Socius adeò in his Exercitiis tradendis excelluit, ut ipse S. Ignatius negaret ulrum illi hoc in genere parem esse, uti in Vit. l. 2. c. 19. videtur est.

VI. P. Franciscus Villanova adhuc inter Externos degens tam copiosum lumen & gratiam ex Exercitijs reportavit, ut Sapientiâ, doctrinâ, Sanctitate clarissimus quisque cum confulerit, atque velut ad fontem Sapientiæ recurrerit, uti ex testimonio D. Bartholomæi Torres, & M. Mancij §. 7. & 8. cc. pater.

§. X.

Quid alii Religiosi de Exercitiis senserint.

I. Primas sibi inter hos partes meritò Religiosissimus, & in Spiritualibus rebus versatissimus Lætensis Abbas, Ludovicus Bloisius vendicat, qui, quanti fecerit hæc Exercitia, sat clare in sua ad Adrianum Lovaniensis Collegij Rectorem Epistola manifestavit, dum primum gratias agit, quod Ignatij precibus esset commendatus, deinde de suorum institutione per Usmarum Goissinum, Sacerdotem nostrum gratulatur, ac deinde exclamat: Utinam hoc factum esset ante annos viginti, ita enim cum senioribus multo melius fore ageretur. Laudamus benignissimum DEUM, qui per vos istam rationem docuit; ex ea & ipsius DEI honor, & salus animarum, ut confido, consequetur. Unde postea semper de sua Familia binos Lovanium (ubi ipse exultus fuerat) misit excolendos, & eundem orandi modum à DEO sibi in

in salutari illo secessu communicatum in suo quoque Monasterio usurpari voluit.

I I. Similem ferè fructum & sensum de Exercitijs ^h _n etiam Pater Magister Frater Ludovicus Granatensis Ordine ^{& c} ita Prædicatorum insigne decus concepit, ut qui aperiret post eius est, se in dictis Exercitijs tam illustre doctrinæ Spiritu obficit lumen esse nactum, ut actas scribendo non sit, quod ^{ob}st ^{runt}, tunc ad intelligendum contribuerit, ut Author Sacrum culis Tempe, c. 4, fol. 137. loquitur.

I I I. His etiam merito, ut omne trinum perfectum ^h _I tertius Ludovicus, Strada scilicet, è S. Bernardi religione sub Familiâ vir in primis celebris, & non pietate minus, qui minima doctrinâ conspicuus jungitur, qui (ut suprà jam dictum) & Ple postquam libelli hujus vim divinam in se expertus fuisse urbanus expendissetque ejus efficaciam ad animos à peccandi licet statuta ad amorem virtutis traducendi, in hoc elogium verum ^V & experientia convictus erupit: *Tirocinium est toti humanae Exercitiorum sanæ berae P. D. liore V* generi institutum.

§. XI.

Quid Sæculares Catholici de Exercitijs senserint.

I. Petrus Ortizius Caroli Quinti ad supremum Pontificem Legatus, quadraginta diebus his salutaribus meditatus ad vernis exerceri voluit, tanto animi fructu, virtutisque acclamacione, ut quantumvis Christianæ virtutis studium antea proficeret insigne laude professus, ab eo tamen tempore tantum ipsuam vitam spiritualem duxisse se fateretur.

I I. Alius ad Summum Pontificem à Maria Stuarta Scotorum Regina missus Legatus, Stephanus nomine, ex prima nobilitate, cum, nescio quâ de causa, vehementer à Societatis JESU Religiosis abhorret, ubi Dublinensis Praefatus suauis Exercicijs his vacare cœpit, tanto animi affectu Societatem prosequi cœpit, ut ex ea nonnullos ardentissime petierit secum in Scotiam veliendos, uti in Imagine Soc. l. 6. c. 7. §. 1. referatur.

I I I. In Bohemia Comites Jaroslans de Martinez, & Guicciardius Slawata, gloria & rosa Europæ, & magis cœcepit nos impo